



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



varia sit explicatio, iis omissis; asserimus breviter, eam consuetudinem esse rationabilem, quæ justæ legis condiciones includit, colligitur ex *Alexand: S. Pont. in Concil: Lateran:* id est, quæ non modo ex objecto justa & honesta est, sed etiam ratione adjuncta facilis, Reipub: utilis, Ecclesiasticæ libertati, & disciplinæ non contraria, à Sacris Canonibus tanquam irrationabilis & Ecclesiæ pernitiōsa non damnata, nec reprobata est. *L. 3. C. quæ sit longa consuetudo.* Nam cum consuetudo in locum legis succedat, æquum est eiusdem conditionibus eam honestari.

3. Cæterum, ut rationabilis consuetudo vim legis obtineat, præter supra dictas condiciones necessarium est. 1. à majori saltem populi parte usu receptam esse, quod enim à majori parte efficitur ab omnibus effici censetur. *L. quod major 19. ff. de legib: ad municip: 2.* ut actus sint notorii non quidem notoreitate juris in iudicio contradictorio, quâ parte contradicente iudicatum sit per Iudicis sententiam, consuetudinem inductam esse: sed notoreitate facti, quâ palàm in conspectu populi constet, sic



fic frequentatos esse, ut probabiliter in  
 communitatis notitiam devenire potue-  
 rint. *Abbas in cap. ult: de consuet. 3.* Scientia  
 & tacitus consensus potentis legem con-  
 dere: namque in eo differunt. *cit. L. 35.*  
*sup: suar: libr. 7. de leg: cap: 2.* lex sive insti-  
 tutio, & consuetudo, quod in illa expres-  
 sus consensus, in hac tacitus interveniat:  
 tacite autem Princeps consentire & ap-  
 probare censetur. *S. Thom: 1. 2. q. 97. à 3 ad 3.*  
 si sciens populi morem, cum posset prohibe-  
 re non prohibeat. 4. ut actus à majori  
 parte populi certo tempore frequentati  
 sint, animo inducendæ obligationis &  
 consuetudinis. *Molin: tr. de just. disp: 77.*

4. Porrò cum triplex consuetudo distin-  
 gui soleat secundum legem, præter legem,  
 & contra legem, tradita à nobis definitio  
 sup: & assignatæ conditiones tantum con-  
 veniunt consuetudini, quæ est præter le-  
 gem, quia hæc sola juris constitutiva est  
 per tacitum consensum, ubi lex scripta per  
 expressam voluntatem promulgata defi-  
 cit. Quod verò attinet ad consuetudi-  
 nem secundum legem (de qua sermo est  
 Luc: 2. Cap. *ut facerent secundum consuetu-  
 dinem.*